inſpicitur vulnera, vel ſigna violationis, vel ſimilia. Et hoc eſt quod innuit tex. in dicto §. Item illud, ibi, ſcelere inter emptum, &c. [o] *Sed quid ſi dubium ſit, an ſcelere, an verò alia de cauſa? Et poteſt poni exemplum in eo, qui repertus eſt mortuus in puteo, vt in caſu, in quo conſuluit Dec. conſil. 438. poteſt enim eſſe,* [p] *quod quis ſeipſum præcipitauerit, & quòd ab alijs præcipitatus fuerit, & etiam quòd caſu ceciderit. Sic etiam in eo, qui dicitur habere ſigna veneni: poteſt enim eſſe venenum in corpore generatum, & ab alijs propinatum, & etiam ex aeris corruptione contractum, vt eleganter in facti contingentia declarat Grammat. voto 32. num. 21. Ego dico, quòd his caſibns Iudex debet omnino inquirere, & informationes aſſumere, non quidem tanquam de maleficio, ſed vt veritatem facti intelligat, ex qua deinde apparere poſſit, an ſit delictum, vel ne, adhibendo etiam, vbi opus ſit, iudicium Medicorum, vel aliorum peritorum. Et vbi ex informationibus aſſumptis, conſtet ſcelus non interueniſſe, ſilebit proceſſus: vbi vero reſultet aliquod iudiciũ, poterit ad vlteriora procedere. Et hoc modo nihil ei poterit imputari. Et hanc practicam ſeruant cauti iudices, & aſſeſſores. Et paucis ab hinc annis vidi duos proceſſus agitari contra duos nobiles in ciuitate Papiæ, quorum alter imputabatur venenenaſſe propriam vxorem, alter ſtrangulaſſe eius concubinam. Et certè poterat dici, quòd vix apparebat de delicto: & tamen fuit contra eos proceſſum, etiam re in Senatu relata, cum maxima ſeueritate. Scio etiam pleroſque viros, quos pro certo fertur proprias vxores venenaſſe, abſque vlla moleſtia per vrbem ambulare, quia dictum fuit, non conſtare de delicto. Sed iudices, qui doloſè palliant hoiuſmodi dicta, non euadant æterni iudicis condemnationem.*

o *Sed quid ſi dubium ſit.*] Infr.q.68.verſicul.ſeipſum occidere ibi, & ideo ſi quis in Puteum; & in propoſito, Quærendum eſt primo, an ſit res, de qua quæritur, deinde quid ſit, demum qualis & propter quid, poſter.libr.2. in princip. & eſt tex.in l. ſiquæramus, ff. de teſtament.omnis enim diſpoſitio preſupponit ſubſtãtiam actus, vt in hoc propoſito dicit Aym. Crau. tract.de antiq.temp.p. 1. verſicul. viſo de verbis, numer. 4. alias non conſtito de delicto fruſtra quæritur de eius pœna, Crauet. vbi ſupra par.4. verſ. videamus, num.4. ſicque ſeruari ego de mẽſe Iulij anni 1484. dum eſſem ius dicens: Nã dũ fractus eſſet murus inter duos vicinos, quorum alter querebatur de altero, quod videlicet mediante fractura furtum factum eſſet, comperto quod per fractionem, puer quidã forte repertus, licet parulus, non tamẽ poterat aliquo modo ingredi fracturã; deſtiti à procedendo, reclamãte Feudatario, qui aliter ob eius apetitum ſentiebar; viſa namque fuit alterius vicini ſtratagema ad moleſtandũ alterum, ſed imperfecta, infra quæſt. 52. in princ. quæſt. 66. in priucip. & dum dicit de reperto in Puteo, Dic, quod ab alio coniectum eſſe ſic repertum ſimplciter tenuit Menoch. dict. tractat. de arbitr.iud.lib.2.centur.3.caſu 284.ſub numer.36.libr. 5. præſumptione 13. numer. 7. & quomodo vxor reperta mortua in domo, in qua ſolus maritus cum ea viuebat, credi poſſit à marito occiſa, uid. Boer. deciſio 261. *Drogh.*

Sed quid ſi dub iũ ſit.] Item Farin. volumin. 4. quæſtion 85. per totam. *Roſ.*

p *Quòd ſi quis ſepiſum præcipuauerit.*] Adde
9 † quod vbi reperitur aliquis mortuus, & non appareant uulnera, non præſumitur occiſus, ſed ſua morte mortuus, vt dicit Bald. in l. huic, ff. ad l. Aquil.

Item adde, quòd repertus præcipitatus in puteum, vel ex turri, vel laqueo ſuſpenſus, vel uulneratus, & mortuus, nõ præſumitur, quòd ſe ipſum occiderit, Plot. conſ. 130.num.82. inter conſil.crim. diuerſ.mag. impreſſ. lib. 1. ſed in iſtis caſibus per coniecturas, & indicia probabitur de corpore delicti, vt per Boſſ. in titul.de delictis, numer.10.& per Foll.in pract. crim. in uerſic.capiat informationem, numer. 24. & in uerſicul. Item, quod ſoffocauit uxorem, num.16. & numer. 59. & latiſſimè per Frinac. quæſt. crim.q.2. nu. 29. ubi ponit aliquas coniecturas, & præſnmptiones, quibus probari poteſt, an delictum ſcelere commiſſum fuerit. *Bazard.*

QVÆSTIO V.

Quibus caſibus per inquiſitionem procedi poſſit.

SVMMARIA.
Ex Claro.

1 *Iudex, conſtito de delicto, ſtatim debet delinquentem inquirere.*
2 *Et an regularite per inquiſitionem procedi poſſit.*
3 *Et an ſint aliqui caſus, in quibus etiam, de iure communi, per inquiſitionem procedi poſſit.*
4 *Aliquid præcedere debere ad hoc, vt aperiatur vna iudici ad inquirendum.*
5 *Poteſt iudex ſtatim conſtito de delicto, generalitr contra delinquentem inquirere.*

Ex Additionibns.

1 *Inquiſitio inchoata ab vno Iudice qualiter poſſit perfici à ſucceſſore.*
2 *Inquiſitio formari poteſt, licet nomen delinquetis ignoretur.*

ADDITIONES.
Ad Quæſt. V.

a QVa in re.] Adde infra quæſtion.23. in princip. vbi de hac diligẽtia, & celeritate. At in propoſito præſentis Queſtionis, in qua tractatur materia inquirendi conſtito de delicto, & habitis informationibus, audi Liuiũ in proprijs verbis ſic declarantem, libro nono, Decad.4. Ita cum Iudices ambo in poteſtate eſſent, rem ad Senatum Poſthumius defert, omnibus ordine expoſitis, quæ delata primo, quæ deinde ab ſe inquiſita forent. *Drog.*

b *Procedere.*] Regulam, quòd iudex ex officio ſuo ad priuatam vtilitatem etiam in criminalibus procedere non poſſit, niſi petatur, cum ſeptem fallentijs, vide per Socin. mihi regul.248. *Giach.*

c *Ceterum de conſuetu*
1 *dine.*] Adde, † quòd Iudex nouus poterit finire Inquiſitionem per prædeceſſorem ſuum inceptam: ſed debet dare nouam dilationem, ſecundum Paulum de Caſtro, in l. edictũ ff. de iudic. qui intelligit de dilationib. expectatorijs. *Baiar.*

d *Niſi aliquid præcedat.*] Vide tamen multos caſus infra enumeratos: In quibus procedit Inquiſitio non præcedentibus inditijs, ad quæſtion. 64. verſiculo ſed nunquid. *Drog.*

e *Diffamatio.*] Adde vt per Crauettam conſil. 238. col. 4. verſic. ſimiliter, eriam ſi uigore ſtatuti habeat poteſtas facultatẽ liberè ingredi ibi. Odioſum eſt enim officium Inquiſitionis, & contra ius ciuilium regularum. ibid. *Giach.*

f *Neque in hoc attenduntur.*] De iſtis notificationibus, & cedulis, vide infra quæſtione 61. verſiculo Sed hæc quidem, ibi, ſiue data ſit cedula, et ver. Sed quæro ad finem reijciuntur cedulæ, nec extra iudicialiter procedẽdum, infra quæſtione 33. & tamen aliquando admittuntur, q.23. uerſ. fi. in fi. *Dro.*

g *Poterit igitur Iudex.*] Infra quæſt. 20. in princ. *Drog.*

h *Inquirere.*] Aduerte ad unum, quòd Inquiſitio iuris ordine non ſeruato corruit per Crauet. qui alios allegat in conſ. 262. col. fin. ant e num. 6.

Item ad aliud, quòd nõ licet iudici inquirere abſque indicijs vtcumque liberum obtineat arbitriũ inquirendi in criminalib. ibi. Circa primum adde, quòd ſi inquiſitio fuerit nulliter formata, quòd poterit reus abſolui ab obſeruatione iudicij, & noua formari inquiſitio, & accuſatio, per Mar. in prax. iud. in 9. & vlt. part. princ. fol. mihi 241. ſub nu. 52. & per Marſ. in prax. §. ſecundum, nu. 8. *Giach.*

Et

QVÆST. V.

1 *POſtquam igitur iudici legitimè conſtat, delictũ commiſſum fuiſſe, ſtatim debet ſuper iſto delicto inquirere, vt quamprimũ ſcire poſſit, quis delictum ipſum commiſerit.* [a] *Qua in re maximè neceſſaria eſt celeritas, & diligentia, nè fortè propter moram, quæ à Iudice interponatur, non modo delinquens ipſe fuga euadat, ſed etiã detur ſpatium eius fautoribus, & amicis, teſtes de negotio ipſo informatos ſubornandi, & à veritatis diſpoſitione deterrendi, vt ſæpenumerò contingere videmus. Sed hoc quidẽ loco, in quo de ipſa inquiſitione tractare incipimus, plura eſſent præmittenda, quæ ad terminorum cognitionẽ pertinent, ſcilicet quid ſit inquiſitio, ac quotuplex: & huiuſmodi, quæ tamen, cum in practica nunquam ferè tractari contingat, conſultò omittere decreumus ea omnia facile inuenire.*

2 *Quæro, in quibus caſibus per inquiſitionẽ procedi poſſit. Reſpond. dixi ſupra q. 3. verſ Debes autẽ ſcire, quod regulariter de iure ciuili non poteſt iudex per inquiſitionẽ contra aliquem* [b] *procedere. Nemo enim ſine accuſatore puniri debet, vt dicit Gl. in l. 2. §. ſi publico, in verb. Sine accuſatore, ff. de adult. quã tenent communiter omnes. vt dicit Ang. ibi, num.2. Et hoc, ſecundum ius commune, nullam habet difficultatem:* [c] *Ceterum de conſuetudine regulariter in omnibus caſibus poteſt iudex per viam inquiſitionis procedare, vt dixi ſupra eadem q. 3. verſic. ſed certè.*

3 *Scias etiam, de iure communi multos eſſe caſus, in quibus, circumſcripta omni conſuetudine, poteſt ex officio procedi, adeò vt de facili poſſet fieri regula in cõtrarium. Hos autem caſus inueuire poteris apud eos, qui de maleficijs ſcripſerũt ſub rub. de inquiſit. pleroſque etiam recenſet Ang. de malef. in verbo, Hæc eſt quædam inquiſitio, & ibi etiam Ang. in additio. à nu.12. vſque ad nu.48. qui non modo ſunt communiter approbat, ſed in eis nemo contradicit, vt atteſtatur idẽ Aug. ibi poſt nu.48. verſic. item aduerte. Tu per te illos videre poterit. Sed aduerte ne erres: quia ad hoc, vt iudex poſſit in aliquo caſu contra aliquem inquirere, & ex officio procedere, non ſufficit dicere, quòd ille eſt vnus ex caſibus, in quibus eſt permiſſa inquiſitio, neque, quod cõtra eum eſt aliquod iudicium etiam proximum maleficio: Sed ſcias ꝙ in quocunque caſu, in quo iudex, ſiue de iure communi, ſiue ſtatutario, ſiue ex conſuetudine, poteſt procedere ex officio, & ſic per viã Inquiſitionis, nunquã debet, neq. poteſt à ſeipſo procedere ad inquirendum, ſiue ad aſſumendas informationes, vel iudicia ſpecialiter contra aliquem, niſi* [a] *aliquid præcedat, quod aperiat viam inquiſitioni, ſcilicet vel diffamatio, vel querela partis, vel denunciatio, uel huiuſmodi: aliter proceſſus eſſet ipſo iure nullus, ẽtſi delictum fuiſſet deinde plenè probatũ. Et memini ego, quod fuit grauiter reprehenſus Prætor Vallis Sicidæ, qui proceſſerat contra quendam de inceſtu, quod propriam filiam carnaliter cognouiſſet, nulla præcedente querela, vel denunciatione, & ambo fuerunt abſoluti, nona Nouembris 1560. P.N.*

Neque [f] *in hoc attenduntur notificationes factæ extra iudicialiter, neque illæ, quæ fiunt incerto auctore, & ſuppreſſo nomine notificantis: nam ſuper huiuſmodi notificationibus prohibitum eſt procedi, etiamſi in eis eſſent nominati teſtes de ipſo delicto informati. Et ſi ſuper eis fieret proceſſus eſſet ipſo iure nullus. Et de hoc extat decretum in nouis conſtitutionibus, in titnl. de accuſ. capit. omnibus, §. nec etiam. Et omnes illi, contra quos fuit proceſſum ſuper huiuſmodi notificationibus, vel denunciationibus factis per perſonas incertas fuerunt per Senatum abſoluti: & in ſpecie de anno 1561. quædam Catharina Zanetta P. N. & 20. Decembr. eiuſdem anni, idem fuit reſcriptum Prætori Vallis Sicidæ P.N. Et ex hac cauſa fuit proceſſatus commiſſarius Maſij, qui proceſſerat contra quoſdam ſuper huiuſmodi notificationibus ſecretis 15. Septembris, 1561. P. N. Hoc autem fuit introductum ad refrænandam malitiam, & propter prauitatem Iudicum. Si enim daretur eis facultas procedendi ex abrupto contra omnes ad ſui libitum, poſſent multos indebitè vexare: & ideò ſtatutum eſt, vt prius aliquid præcedat, quod Iudicem ad procedendum inducat, & quodã modo ex neceſſitate officij ſui impellat, puta fama, vel clamor, vel querela partis, vel denũciatio officialis, vel aliquid alius ex his, quæ infra proximis quæſt. ſubijcimus:* [g] *poterit igitur Iudex in prædictis caſibus enumeratis per Doctores in locis prællegatis, ex officio procedere, & ſpecialiter contra aliquem* [h] *inquire-*
5 *re. Benè verum eſt, quod abſque eo, quòd aliquid, ſpecialiter præcedat contra aliquem, quotieſcunque Iudici conſtat aliquod maleficiũ cõmiſſum fuiſſe, ſtatim poteſt inquirere generaliter ſuper ipſo maleficio, vt inueniat perſonam, quę*

i Et habito aliquo iudit o contra aliquem.) Ad
2 de, † quòd etiam inquiſitio formari poteſt, quãdo ignoratur nomen delinquentis ſecũdum Boſſ. in tit. de delicto, num. 33. & qualiter practicatur, uide eundem Boſſ. in tit. de inquiſition. numero 78. *Baiard.*

k *Et ita ſeruat totus mundus.*) Sed pro practica vide, quæ adnotaui infra q. 89. uerſ. mandas homicidium. *Giach.*

l *Inquirit generaliter.*) Adde infra q. 53. uerſ. ſecundum caput, quæſt. 50. uerſ. item quia q. 6. uerſi. ſed quonia in principio. Aliter inquirendo, magis eſt officium ſuggerentis, quàm interrogantis; & talis proceſſus redditur nullus, infra quæſt. 21. uerſic. Retenta igitur, & quæſt. 45. uerſ. Debet autem Iudex: & ut exemplum pateat: Quòd ſi inſtruatur reus, quid Iudex appetat, magis, ut euadat torturã iudicij, quàm ut ita ſe habeat ueritas, innocens ali quando tortus, uel reus, indicat; Audi, quid de indebitè tortis ad talem ſuggeſtionem dixerit Liuius libro tertio, Decad. quartæ Torti poſt paulò inſontes cum ſcirent ipſi opinionem omnium, ca præindicio, uſi, Leuſippum, & Piſiſtratum nominauerunt nullo adiecto, cur ſcite quicquam uiderentur, argumento, Ad hoc idẽ uide eundem Liuium lib. 4. Decad. tertia. De Theodoro quodã ſub Andronodoro Iudice. *Drog.*

commiſit ipſum maleficium & habito aliquo indicio cõtra aliquem, vocat deinde illum ad ſe defendendum. k *Et ita ſeruat notus mundus, vt dicit Inno. in c. bonæ, il 1. nu. 5. de electio. ſubdens, quòd illud, quod longam interpretationem recepit ex iteratione factorum, mutari non debet. Et hoc dictum Innoc. refert Bal. in l. edicta, in repet. Pautaina, num. 30. C. de edendo, & in l. ea quidem, nu. 42. C. de accuſ. & Ana. in d. c. qualiter, & quando, il 2. §. debet, nu. 9. & Card. Alex. in c. de accuſatione, col. 14. verſ. inquiſitio generalis, 2. q. 8. & alij, quos retuli infra, q. 50. verſ. item quia, & ſeq. Practica igitur eſt, quòd ſi non ſit porrecta contra aliquem querela, vel denunciatio, uel aliter aperta via iudici ad ſpecialiter inquirendum ſed tantum conſtet delictum fuiſſe commiſſum, iudex ſtatim ex officio inquirit generaliter,* l *interrogando teſtes, quos putat de negotio informatos, in genere, an ſciãt quis delictum commiſerit, neminem nominando. Quando verò certus eſt delinquens, puta, quia porrecta eſt contra aliquem querela, vel denunciatio, tunc iudex non inquirit generaliter, ſed ſpecialiter interrogando teſtes, quid ſciant de contentis in ipſa querela vel denuntiatione, in qua ille eſt ſpecialiter nominatus. Tunc autem illa inquiſitio generalis tranſit in ſpecialem, quando teſtes, qui ſunt in genere interrogati, ſecundum ea, quæ ſtatim dixit, n ominant ipſi in ſpecie delinquentem: nã eo caſu illa nominatio aperit viam iudici ad inquirendum ſpecialiter contra illum nominatum, id eſt ad alias informationes contra eum aſſumendas: nam vbicunque ex informationibus aſſumptis ſuper inquiſitione generali oritur aliquod iudicium de crimine contra aliquem, illud indicium, licet receptum ſit parte non citata, inducit tamen præſumptionem contra eum, quæ ſufficiens eſt ad inquirendum ſpecialiter contra ipſum, vt dicit Bar. in d. l. 2. §. ſi publico, num. 9. & eſt communis concluſio, vt atteſtatur Aret. in cap. cum oporteat, num. 44. in fin. de accuſat. Quinimò ſi ex dictis huiuſmodi teſtium receptorum ſuper inquiſitione generali reſultares ſufficiens indicium contra aliquem, poſſet ille capi, vel citari abſque alia ſpeciali inquiſitione. Et hoc eſt, quod voluit dicere Innoc. in loco præall. Et licet ipſe loqui videatur in maleficio notorio, eſt tamen intelligenda eius doctrina in quocunque maleficio, de quo iudici legitimè conſtet. Satis enim in hoc propoſito dici poteſt notorium id, de quo apparet ex actis, vt dixi infra lib. 7. §. notorium. Et hæc omnia nota: quia ille locus Inno. non eſt ab omnibus bene intellectus.*

QVÆSTIO VI.

Diffamationem aperire viam iudici ad inquirendum.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Diffamatio procedere debet, ad hoc vt iudex per inquiſitionem procedere poſſit.*
2 Et *quid in iudice ordinario.*
3 *Et quid ſi Iudex ex mero officio procedat.*
4 Et *an etiam ad aſſumendas informationes ſuper ipſa fama.*
5 Et *quid in Inquiſitione generali.*
6 *Et quid in Inquiſitione, quæ fit contra officiales ſyndicandas*
7 *Et quid in crimine hereſis.*
8 *Et quid ſi formetur inquiſitio ex mandato Principis.*
9 *Et quid ſi non fuerit de hoc oppoſitum.*
10 *Et an hæc concluſio de conſuetudine obſeruetur.*
11 *Fama quomodo probetur.*
12 *Et an per duos teſtes tantum.*
13 *Et an debeant reddere ſufficientem cauſam ſcientiæ.*
14 Et *an debeant dicere, quòd illud audiuerũt à maiori parte populi.*
15 Et *an debeant dicere quòd illud audiuerunt publice dici.*
16 Et *an debeant nominare eos, à quibus audiuerunt.*
17 Et *quid ſi non fuerint ſuper hoc interrogati.*
18 Et *an debeant ſcire quid ſit fama.*
19 *Fama an probetur per aſſertionem iudicis.*
20 *Fama an requiratur, vt ſæpe ad iudicis aures aſcendat.*
21 Et *an ſola fama ſufficiat, an autem etiam requiratur, quod procedat clamoſa inſinuatio.*
22 *Iudex quid facere debeat, poſt aſſumptas informationes ſuper infamia.*
23 *Et an reo petenti danda ſit copia indiciorum ſuper fama aſſumptorum.*

Ex Additionibus.

1 *Iudex etiam ignarus fama, vel infamia poteſt committere inquiſitionem præcedente denunciatione perſonæ fide dignæ. Inquiſitionem an debeat procedere diffamatio, remiſſiue, nu. eod.*
* 2 *Fama eſt res fragilis.*
2 *Fama quomodo probetur per teſtes, nu. ſeq.*
3 *Teſtes probantes debent eſſe omni exceptione maiores.*
3 *Et quibus magis ſit credendum, ſi ab vna affirmatiuè, ab altera negatiuè fuerit probata, remiſſiuè.*
4 *Et an fama faciat ſemiplenam probationem in criminalibus, remiſſiuè.*
5 *Et an teſtes ſuper fama reddente cauſam ſcientiæ de auditu faciant inditium.*
5 *Duplici fama probata quæ præualeat.*
6 *Et an probent, ſi deponant audiuiſſe publicè dici.*
7 *Et an debeant nominare eos, à quibus audiuerunt.*
8 *Et quid ſi decem teſtes de ea deponent.*
9 *Fama conformiter probata coadiuuat probationes iã factas.*
10 *Fama orta ab habente intereſſe in cauſa nihil operatur.*
11 *Fama poſterius probata elidit Priorem contrariam.*
12 *Et quid ſi eodem tempore concurrent.*
13 Et *an teſtes debeant ſcire quid ſit fama, remiſſiuè.*
14 *Reus non poteſt in criminalibus reſpõdere per verbũ credo.*

ADDI-

ISULTA
EXCLUSIVI
EN LA SALA

ADDITIONES.
Ad Quæſt. VI.

a D*iffamatio.*) Adde, quę dixi in quęſtione præcedenti, verſ. diffamatio. Et ad hãc quæſtionẽ adde, & vi. per Duen. plenè etiã mihi reg. 298. Vbi habes plenam regulã cum duabus ampliationibus, ac decem, & octo limitationibus. *Giach.*

Diffamatio.) Adde,
1 † quod poterit Iudex index inquiſitionem cõmittere, etiam quod ſit ignarus de fama, vel infamia, quando fuerit facta denũciatio à perſona fide digna Anchar. in c. licet in beato de accuſat. Tiraq. de pęn. c. 51. nu. 103. *Baiard.*

Adde, ut per Duen. in reg. 298. vbi de iſta quæſt. tractauit, & poſuit multas ampliationes, & limitationes, & latè per Farinac. in quæſt. 9. per totam.

b *Talis enim diffamatio.*) Non tamen inſiſtat Iudex multum ſuper hac fama, quę facta, atque infecta canit, iuxta illud Virgilij, Æneid. lib. 4. et ut per Bald. in c. tua, nu. 5. extra. de cohab. mul. & cler. Et hoc alio non apparẽte, infra q. 21. uerſ. primo, ibi. Nihilominus, cum famæ, q. 60. uer. frequens, quo loco diſtinxi de fama, & q. 64. uerſic. Dixi etiam;
2 ibi, quia ſaltẽ. Eſt † enim fama res fragilis, ut plurimum per clientelas uoces artificioſè trãſmiſſa ab ijs qui deſideraut. Ita Guid. de Suz. in tract. de malefic. nnm. 93. Contrarium tamen, quòd ſemper non ſit fragilis, & uana, tenuit Menoch ſæpiùs allegato tractatu de arb. iud. lib. 2. cent. 1. num. 86. cum pluribus ſeqq. ſed aduerte Menochium minimè loqui in caſu famæ noſtræ, quæ ueniat ad puniendũ, ſiue ad torquendum, in quibus caſibus nõ ſufficit ſola fama, ſed in caſibus ſuper quibus aliquando coniecturando procedimus, ut ibidem, num. 91. & habetur infra, q. 20. uerſic. ſi. 64. uerſic. & in hoc, idem Menoch. dict. tract. lib. 2. centur. 3. caſ. 279. in princ. *Drogh.*

c *Docet practica.*) Vide, quæ contra ſcribit Roland. conſil. 57. nume. 26. & ſequent. libr. 4. *Roſ.*

d *Neminem nominando.*) Adde infr. q. 21. uerſic. retenta, circa fin. q. 29. uerſic. ad formandam, ſupra queſt. proxima, uerſ. poterit igitur. *Drog.*

e *Et ſic vides.*) Farin. q. 47. num. 42. 43 & ſeqq. *Roſ.*

f *Communiter reprobatur.*) Farin. tit. de inquiſit. 9. uolum. 1. pleniſſimè. *Roſ.*

QVÆST. VI.

D*Ictum eſt ſupra Quæſtione proxima, poſſe Iudicem procedere ex officio, ſiue inquirere ſpecialiter contra aliquem, dummodò aliquod præambulum legitimũ præcedat, quod aperiat Iudici viam ad procedendum contra eum. Inter*
1 *cetera autem, ſi præcedat contra aliquem diffamatio, omnes fatentur, poſſit iudicẽ procedere, & ſuper ipſo crimine contra eum informationes, & iudicia aſſumere.* b *Talis enim diffamatio ſuccedit loco accuſationis, vt tenent communiter Can. teſte Card. Alex. in d. cap. de accuſatione, colum. 14. in ſi. 2. q. 8. quaſi videatur populus ipſe illum, vt reum criminis, iudici deferre. Quinimò dici ſolet, quòd de iure communi ad hoc vt poſſit procedi ex officio, ſiue per viam inquiſitionis, requiritur, quod præcedat diffamatio rei de crimine, pro quo iudex contra eũ procedere intendit: ita colligi videtur ex verbo. d. cap. qualiter, & quãdo, de accuſ. Et hoc etiam ſonant illa verba, quæ ſolent inquiſitionibus apponi, Fama publica præcedente, &c. Et hæc eſt communis ſententia Doctorum, vt atteſtatur Hieron. in Apoſtill. ad Angel. de malef. in verbo, Hęc eſt quędam inquiſitio, poſt num. 68. verſic. Secundò inquantum, Nouel. in pract. crimin. fol. 63. poſt num. 17. Sed certè quicquid ſit de iure, totũ* c *contrariũ docet practica, quę communiter obſeruatur. Iudex enim conſtito de delicto, aſſumit informationes in genere, vt dixi ſupra q. prox. verſ. poterit igitur: Et interrogat primò teſtes, quos putat eſſe de negotio informatos, ſuper veritate criminis, ſcilictt, an ſciant, quis maleficium illud commiſerit. Et ſi dicant ſe neſcire, tunc interrogat eos ſuper diffamatione* d *neminẽ nominando, ſed in genere interrogando, contra quem illius delicti fama laboret, vt dixi infra, verſ. ſed quoniam. Et ſi ex eorum dictis reſultet probatio facta contra aliquẽ tunc ſpecialiter contra eum inquirit, & ad vlteriora contra enm procedit, vel per citationem, vel per capturam, iuxta qualitatem iudiciorũ. Et* e *ſic vides, quod eodem contextu iudex aſſumit informationes ſuper veritate criminis, & ſuper diffamatione: Neque ego vnquã vidi fieri aliquem proceſſum, qui inciperet ab huiuſmodi diffamatione: Sed ſemper præcedit querela, vel denunciatio, vel aliter aperitur via Iudici ad inquirendum, iuxta modos, de quibus ſupra dictum eſt, & infra etiam dicemus.*

2 *Sed retenta communi concluſione, quod ſcilicet ad hoc, vt iudex poſſit inquirere, requiratur, quod diffamatio præcedat, ſcias, quod Ang. in repet. l. ſi vacãtia. C. de bon. vac. lib. 10. videtur tenere, quod in hoc facienda ſit differentia inter iudicem ordinarium, & delegatum, vt ſcilicet iudex ordinarius poſſit abſque diffamatione inquirere, non autẽ delegatus. In hoc tamen Ang.* f *communiter reprobatur, ut dicit Alc. in c. 1. num. 34. de offic. ord. Et hanc opi. contra Ang. dicit eſſe cõmuniter Card. Alex. in d. c. de accuſatione, col. 25. verſ. tamen fortius: quẽ refert Foll. in prac. cri. fol. 86. n. 32. Et ideò (ſecundum DD.) modus procedendi eſt, vt iudex antequã procedat cõtra aliquẽ, aſſumat à ſeipſo informationes ſuper infamia rei, de illo crimine: deinde cõporto eum eſſe de ipſa delicto diffamatũ, examinet teſtes contra eũ ſuper ipſo maleficio. Et aduerte, quia de iure cõmuni, ſi iudex vellet procedere ſuper veritate criminis nõ facta prius inquiſitione de fama, poſſet reus appellare. Et ita dicunt communiter Doct. vt ait Card. Ale. in d. c. de accuſatione, col. 25. circa medium Contrarium tamen, vt dixi, communiter obſeruatur de conſuetudine.*

3 *Idem etiam Ang. in repet. dict. l. ſi vacantia, num. 177. videtur tenuiſſe, quod hæc concluſio non procedat, vbi Iudex non ad poſtulationem partis, ſed ex mero officio inquireret. Nam eo caſu, ſecundum eum, non requiritur, quod præcedat diffamatio. Et dicit Auguſt. ad Angel. de maleficijs, in verbo, Hæc eſt quædam inquiſitio, num. 57. quod aſſeſſores communiter hoc obſeruant. Sed certè contra eum proculdubio eſt magis communis opinio, dicit Hieron. in Apoſtill. ad Angelum in loco præallegato, poſt numerum 68. verſ. Quarto inquantum, quem refert Grat. conſ. 57. numer. 11. lib. 2. & Rolan. conſ. 24. circa fin. lib. 1. Boſſ. in tit. de ind. num. 75. in fin. Hippol. Rim. inter conſil. crim. diuerſ. conſil. 105. nu. 27. lib. 1. Quæ etiam eſt rationi magis conſentanea: nam quando proceditur ex mero officio, tunc magis neceſſaria eſſe debet diffamatio, quæ ſuccedit loco accuſatoris, vt dicunt Scribentes in d. c. qualiter, & quando. Et dixi ſupra in princ. quæſt.*

4 *Scias etiam, quòd hæc concluſio, quæ habet requiri diffamationẽ, priuſquam ſuper delicto poſſit Iudex ex officio inquirere, intelligenda eſt, vt non procedat in inquiſitione, quæ fit cõtra aliquem ſuper ipſa fama: nã iſta fieri poteſt modica diffamatione præcedente. Ita dicit Innoc. in cap licet, in vltimis verbis, de accuſat. quem ſequuntur cõmuniter Doctores, vt ait Marian. in eo. cap. licet, nu. 19. Idemque dicendum eſt in Inquiſitione, quæ fit ad inueniendum ipſum crimen: nam in ea pariter etiã non requiritur, quod*

infa-